



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

R.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

364 QVADRAGESIMA.
PROVINCIA.

PRouincia non potest de nouo erigi, aut aboleri sine expressa Papæ licentia. *tom. 1. q. 23. art. 8. & tom. 3. q. 43. art. 1.*

QVADRAGESIMA.

Ivs antiquum mandat Quadragesimam inchoari ab omnibus Clericis à Dominica Quinquagesima, cuius obligationem iam vsus contrarius aboleuit; non tamen in nostra & multis aliis Religionibus, in quibus duobus illis diebus ex vsu antiquo saltem in communitate ieiunatur. *tom. 3. quest. 45. artic. 1. & 2.*

QVARTA.

Vide Canonica portio.

REFORMATIO.

Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 1. mandans Regulares reformare ad primum præscriptum Regula, non intendit obligare ad primum modum viuendi Regularem, cum multa vtiliter pro temporum & occasionum varietate sint statutis, aut priuilegiis immutata,

REFORMATIO. 365

tata, sed tantum ad essentialem obseruantiam Regulæ, *tom. 2. q. 74. art. 3. Vide 1. tom. quest. 26.*

Singulares Fratres non mandantes executioni dictum Decretum (nisi impediunt Prælatos) excusantur à peccato, donec dicta reformatio fiat, cum illud solum tangat Prælatos, *tom. 2. quest. 74. art. 3.* Quia autem methodo Superiores procedere debeant, *vide art. 4.*

In virtute sanctæ Obedientiæ prohibuit *Leo X.* ne vlla reformatio noua in Ordine Minorum instituaturs absque consensu Ministri generalis, aut prouincialis, nisi auctoritate Apostolica. *art. 2.*

Quam salubre sit, Capitulum frequenter conuocare ad reformandum Ordinem, & pulcherrimam ad Prælatos concionem, *vide tom. 3. q. 47. art. 2. & 3.*

Modum, quem tenuerunt Patres in instituenda, & promouenda Discalciatorum in Hispania reformatione, & intellectum cuiusdam indulti illis facti à *Clemente VIII.* *vide art. 4.*

Christum Dominum Religionem
Arti

instituisse cum tribus votis substantialibus, pauperzatis scilicet, obedientiæ, & castitatis, & inspirasse hominibus Religionum institutoribus varios gradus Monasticæ vitæ, quæ distinguuntur quasi specie, probant sancti Patres. Actio generica Religionis est perfectio vitæ Christianæ in charitatis actibus, seu operibus circa Deum, & proximum cum tribus prædictis votis; specifica verò differentia ex diuersitate exercitiorum charitatis tamquam ex obiecto, & fine proximo sumenda est. *ro. 3. q. 48. art. 1.*

Actiones specificæ directæ in vitam contemplatiuam (vt in Carthusianis) præferuntur tendentibus in actiuam, sed vtrisque præcellunt quæ in mixtam diriguntur: nam conformiores sunt vitæ Christi, nec non Apostolorum professioni. Inter Religiones verò eundem finem habentes, quales sunt Mendicantium, illa cæteris præferatur, cuius media dicto fini assequendo magis congruunt. *ibid.*

Quatuor, dūtaxat sunt Regulæ ab Ecclesia approbatæ, sub quarū aliqua

REFORMATIO. 367

qua militāt omnes Religiosi Eccle-
siæ Catholicæ, Basilij, Benedicti, Au-
gustini, & Francisci: nā Carthusiani,
& Iesuitæ constitutiones tantum, &
statuta pro Regula habent. *art. 2.*

Ad solum summum Pontificem
spectat Regulæ Monasticæ (quæ est
quasi lex & norma professionis)
approbatio. Imò sub anathemate
Innoc. III. cavit, ne quis sine expres-
sa Pontificis approbatione Religio-
nem institueret. *art. 3.*

Potest tamen Episcopus appro-
bare honestum quendam viuendi
modum cum votis simplicibus, qui
tamen ideo non censetur Religio.
art. 4.

Canonici Regulares Ecclesiarum
Cathedralium sunt eiusdem Ordinis
& Religionis cum Canonicis Regu-
laribus Monasteriorum, cum sit in
vtrisque idē habitus & professionis
ratio: deferunt enim tam hi quàm
illi lineum habitū, & Regulam Mo-
nachalem eandem promittunt, &
licet in pœnalibus nomine Mona-
chorum quandoque non compre-
hendantur, non ideo tamen nō sunt
verè Religiosi, quanquam etiam
eorum

eorum Regula simpliciter Clericorum dicatur. *quest. 49. art. 3. & to. 1. quest. 1. art. 3.*

RELIGIO,

quoad obligationem.

Regularis vouens Regulam secundum intentionem Authoris eiusdem obligatur ad omnia contenta in ea, nisi expressè, verbo, vel mente aliud exprimeret, vel intenderet, quod nihilominus periculosum esset, & quasi impossibile. *tom. 3. q. 50. art. 1.*

Ex vi Regulæ quilibet professus ad sex dumtaxat sub peccato mortali obligatur. 1. Ad obedientiam Superioris præcipientis. 2. Ad non habendum proprium. 3. Ad non contrahendum matrimonium. 4. Ad obseruantiam præceptorum Regulæ. 5. Ad non agendum ex contemptu. 6. Ad tendendum ad perfectionem, quæ est finis omnis Religionis, id est, ad numquam contemnendum habitus virtutum. *ibid.*

Omnes Religiosi tenentur sub peccato mortali tendere ad perfectionem; quam *D. Thomas* conclusionem

tionem referens *Nauarr.* eam dicit
 multis Religiosis esse terribilem,
 Hac autem tendentia non dicit
 continuam, & actualem eleuatio-
 nem mentis, & omnium actionum
 in Deum, quod in hac vita præstari
 non potest; nec dicit solam perma-
 nentiam in charitate, nihil agendo
 aut volendo, quod Diuinæ dilectio-
 ni sit contrarium; sed virtualiter
 continuam eleuationem in Deum,
 id est, habere semper animum ten-
 dendi in Deum, in quantum neces-
 sitas præsentis vitæ patitur. *q. 48.*

art. 1.

Transgressio Regulæ in re leui non
 est mortalis contra quosdam; quem-
 admodum nec violatio promissionis
 iurata de re leui etiam totali. *q. 48.*

art. 2.

Tenent nonnulli professum non
 teneri ad austeritates superindu-
 ctas, quæ videlicet non vigeant
 tempore suæ professionis, alij ta-
 men dicunt posse per obedientiam
 cogi, maxime si conducant ad me-
 iorem obseruantiam Regulæ; &
 id olim *Pius V.* & *Paulus I.*
 conuentuales, & Moniales te-

A a neri o

neri tali casu declarauerunt. qu. 52.
art. 16.

De transitu ad alium Ordinem,

Non est laudanda migratio professi de vno Ordine ad alium, nisi magna id utilitas, aut necessitas persuadeat; cum sapius ex animi leuitate fiat, & aliquando ex nimio & indiscreto rigore Prælatorum. Vnde Pius V. reuocauit omnia priuilegia data in hunc finem contra ius commune. 10. 3. 9. 52. art. 1. & 2.

Ius autem commune permittit, vt Regularis petita licentia à suo Prouinciali, aut Abbate, & non obtentata, possit, si de bono animo constet, ad aliam Religionem strictiorem transire. art. 3.

Maior perfectio Religionis, secundum aliquos consideranda est ex fine vtiliori: sed cum hoc vix possit foro fori probari, securius est illam sumere ex externa strictiori obseruantia, & austeritate. ar. 4.

Hæc verò iuris permissio intelligenda est non tantum de Regula perfectiore, sed etiam de meliori modo eam seruandi; nam iuxta

eam licet transire ad Religionem ex
Regula laxiorem, si ibi magis vigeat
Regularis observantia. Quod intel-
ligendum, nisi aliqua spes sit futuræ
in brevi reformationis; aut sit in eo-
dem Ordine aliquod Monasterium
reformatum. *art. 5.*

Dicta iuris permissio extenditur
etiam ad Moniales, modò tamen nõ
exeant clausuram absque licentia,
quam dare tenentur Episcopi & Pro-
vinciales. Quod si non possint aufu-
gere; potest tota communitas aliud
sectare institutum suo perfectius.
art. 6.

Quod circa hoc ius commune
concedit Religiosis Clericis, etiam
laicis, & oblati indulget. *art. 7.*

Transendi ad laxiorem Regu-
lam & observantiam sine causa so-
lus Papa potest facere licentiam sed
cum causa etiam Prælatus. *art. 9.*

Causa autem iusta videtur esse
contrarius aer proprii Monasterij,
si in suo Ordine alia melius situata
desint; vrgens parentum necessitas;
quibus commodius subueniet in
Ordine; ignorantia austeritatis suæ
Regulæ tempore professionis ex

simplicitate proueniens ; nimis delicata complexio , aut infirmitas , etiam post professionem orta ; persecutio mota contra aliquem Fratrem absque culpa , aut post actam poenitentiam . *art. 9. & tom. 1. qu. 22. art. 5.*

Papa dispensans in lege purè humana sine vlla causa , licet ipse , & petens peccet , valet tamen etiam in foro conscientiae dispensatio ; sed in lege dependente à diuina , qualis est in nostro proposito , si causa careat , irrita est , & nulla . *art. 10.*

Fugitiuus Frater , quamdiu potest Conuentus sui Ordinis inuenire nequit se ad alium Ordinem transferre . *art. 14.*

Præfata iuris permissio , prohibitione multorum Pontificum non extendit se ad Mendicantes , quoad transitum ad alios Monasticos Ordines , nam in hoc facto tam Prælatus dans licentiam , quam subditus ea vtens , & monachi eos recipientes ipso facto excommunicantur . Quod etiam Religiosos Societatis professos , Coadiutores , & eiusdem Scholares post vota si simplicia emissa conuert

concernit. *art. 15.*

Omnes regulares etiam Mendicantes petita, & non obtenta licentia, possunt tuta conscientia transire ad Carthusianos, quos Ecclesia exterius edocta omnium strictissimos indicat. *art. 18.*

Vnde Carthusiano non licet migrare ad vllū alium prorsus Ordine sine sui Superioris licentia. *art. 19.*

Per Plures Pontifices interdictum est sub pœna excommunicationis, & à transeuntibus, & à recipientibus incurrendæ, ne Cælestini, Cistercienscs, Cassinenses, aut Benedictini Congregationis Hispaniæ ad vllum Ordinem etiam Carthusiensium transeant. *art. 20.*

Permissione iuris communis, etsi licitus sit transitus de Ordine Mendicante ad alium etiam Mendicantem: non est tamen de Ordine Minorum ad Minimorum, & è contrariis ad hoc enim requiritur ipsius Papæ licentia, quacumque existente iustissima causa. *art. 21.*

Prohibitum est Patribus Capucinis à multis Pontificibus, sub excommunicationis pœna, recipere

re Fratres de Observantia, absque sui Superioris licentia in scriptis obtenta. *art. 22.*

Votum Religiosi de nunquam ingrediendo Religionem strictiorem; sicut nullum est, ita nihil etiam impedit. *art. 24.*

Translatus non potest fieri Prælatus, nisi sit ibi professus. *articulo. 25.*

Quod si auctoritate Papæ factus fuerit Prælatus, ubi renunciarit Prælatuæ, aut aliter ea priuatus fuerit non remanebit filius illius Monasterij, sed primi ubi vouit, saltem secundum plures doctores; licet *Nazar.* probabiliter oppositum tueatur *art. 26,*

Religiosus professus ex permissione iuris migrans non potest quidquam secum auferre eorum quæ primo Monasterio acquisiuit quoad proprietatem; quia ius id concedens intelligit sine præiudicio tertij, scilicet Monasterij iam habentis ius ad illa; si verò cum bona venia Prælati, & iusta causa transeat ad aliud sui aut alterius Ordinis Monasterium, habebit
vsum

vsufructum eorum tantum; quod si & licentia & causa desint, nihil permittitur ei deferre. Si mittatur in pœnam delicti, primum Monasterium debet ei victum. *art. 27.*

Regularis in Ordine Mendicante translatus, etiam autoritate Papali, ad Ordinem non Mendicantem ipso facto priuatur voce actiua, & passiuâ, necnon habilitate ad quæcumque officia, non obstante omni priuilegio. *art. 28.*

Translatus de prouincia ad prouinciam eiusdem Ordinis, tenet locum suæ professionis, etiam ante incorporationem, licet careat voce in Capitulo. At si ad alium Ordinem transeat, præcedentia computantur solum à secunda professione emissa, nisi sit euectus ad Prælaturam. *art. 29. & 30.*

Etsi prouinciales possint ob iustam causam concedere licentiam degendi extra claustra, in Eremitio, hospitali, aut seruitio alicuius Ecclesiæ retento semper habitu; soli tamen Papæ permissum est dare facultatem Regulari manendi extra in habitu clericali; nisi declarando

376 RELIQUIAE.

eum non esse professum, vel ob demerita priuando habitu. *quest. 53. art. 6.*

Si tamen necessitas manendi extra claustra sine habitu ad tempus urgeat; vt si sanitatem corporis iudicio Medici aliter commodè recuperare, vel necessitati parentum aliter subuenire nequeat; habet Prælatus etiam Prouincialis potestatem hanc licentiam impertiendi. *art. 5.*

RELIQUIAE.

Reliquias Sanctorum pro consecratione Altarium, & lapides cuiuscumque generis consecratos, aut non consecratos, extra urbem deferre permittit priuilegium *Alex. VI. q. 55. art. 1.*

RESERVATIO CASVVM.

Vide Nouitius.

Videntur hæresim sapere, qui negant Prælatos posse sibi reseruare casus; quinimò hoc olim ex priuilegio *Alexand. VI.* concessum erat etiam Guardianis, sed per non usum, & per contrariam ordinationem statutorum nostrorum

RESERV. CASVVM. 377
rum est iam sublatum. tom. 1. q. 21.
art. 2.

Clem. VIII. ita restrinxit potestatem Prouincialium, & Generalis, vt nequeant per seipfos casus reseruare, sed tantum Capitulos quod tamen non videtur receptum in nostro Ordine Minorum, ob casus quotidie contingentes *ibidem.*

Regularis absoluens à reseruatis in suo Ordine, vltra quod nihil faciat, incidit in pœnam excommunicationis à iure lata. *art. 3.*

Prouincialis, & ab eo delegati validè, & licitè absoluunt omnes Fratres omnium prouinciarum ad se venientes. Similiter habens auctoritatem passiuam absoluendi à suis reseruatis, etiam à solo Prouinciali, legitime absoluitur à quocumque cuiuscumque prouinciæ, ad confessiones audiendas admissio. *ibidem.*

Prælati prædicatorum tenentur sub præcepto cuiusdam Bullæ *Pij V.* benignos se exhibere subditis peccantibus licentiam passiuam absoluendi; vnde videntur peccare mor-

378 RESERV. CASVVM
taliter eam sine rationabili causa
negantes, *art. 4.*

Tunc tamen Fratres rei nullo
modo ne indirectè quidem possunt
ab illo inferiore absolui, sic vt non
teneantur amplius se præsentare
coram eo qui hanc habeat faculta-
tem, poterit tamen absolui ab aliis
directè, & à referuatis indirectè,
cum obligatione ea confitèdi post-
modum habenti auctoritatem. *g. 20.*
art. 30

Prælati inferiores, vt sunt Con-
uentuales, qui à iure videntur ha-
bere facultatem eligendi sibi con-
fessarium etiam præter sui Prouin-
cialis licentiam, possunt ab eodem
Confessario electo absolui ab om-
nibus referuatis, à quibus ipsi alios
absoluunt. *articulo. 28. & quest. 21.*
art. 8.

Guardiani habètes à Prouinciali
auctoritatem absoluendi à referua-
tis possunt in casu particulari illam
alteri delegare; imò statuta nostri
Ordinis declarant, quòd Guardiani
habeant auctoritatem Prælatorum
in foro conscientie, & quòd au-
thoritas ipsi per Prouincialem cõ-
missa,

SEPULTURA. 379

missa, semper remaneat apud eorum
Vicarios, & Vicariorum Vicarios.

q. 21. art. 9.

Ad usum Bullæ Cruciatæ requiri-
tur in professis expressa Prælati li-
cencia non tamen in Nouitiis ad
quos non se extendit casuum refer-
uatio, art. 10. & 11.

SEPULTURA.

Vide *Habitus, Parochus.*

Morientes in habitu Ordinis ne-
cessariò olim sepeliendi erant
apud Fratres; hodie tamen libe-
ram habent sepulturam vbiuis eli-
gendi facultatem. tom. 3. quæst. 58.
art. 5.

Prohibentur Clerici sæculares &
Regulares sub pœna maledictionis
æternæ, aliquem inducere ad vo-
uendum, iurandum, & fide inter-
posita, vel aliàs promittendum se
electurum sepulturam in sua Eccle-
sia; nec omnino valet talis ele-
ctio, si fiat; vnde necessariò sunt
sepeliendi in monumentis maio-
rum suorum, aut in loco, quem
priùs elegerant. Quòd si de facto
Religiosi sepelierint; tenentur ad
restitu

restitu